

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 6. Refutantur aliæ instantiæ eiusdem auctoris contra decretum  
concurrendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

exhibere. Sed hoc argumentum sapientius reperitum contra concursum identificatum, super solutum est num. 42.

## SECTIO VI.

Refutantur alia instantia eiusdem Authoris  
contra decretum concurrendi.

**34.** Contra alteram partem responsi a nobis  
Decretum concurrendi non est  
abolutum.  
**35.** C Ontra alteram partem responsi a nobis  
Decretum concurrendi non est, contra id  
quod diximus, decretum Dei de concurren-  
do non esse absolutum, opponit Author ille  
parte 2. cap. 12. num. 2. aliquos ex as-  
sertoribus scientie media docere opposi-  
tum: etiamque Theophilum Raynaudum,  
Didacum Ruis, Suarez, & Lessium. Sed  
duos postremus non fideliter citat: quippe  
qui disertè contrarium docent: Suar,  
quidem in Opuscul. lib. I. de absoluta sci-  
entia futurorum contingentium cap. 6. & pro-  
legom. 2. de grat. cap. 89. num. 15. Lessius  
vero, in Opusculo de grat. cap. 4. Neque  
sibi contradicit Suar. (vt male Author ille  
sibi imaginatur) cum fagittur necessarium  
esse, quod Deus vel in particulari concur-  
re hic & nunc, ad hunc aut illum actum,  
& non tantum ad factus voluntatis confus-  
& indifferentie. Hoc enim intelligit de vo-  
luntate non omnino absoleta, sed aliquo  
modo conditionata, & subiecta, seu po-  
tius accommodante potentiam concurrendi  
naturali dominio voluntatis circa suam ope-  
rationem, vt paulo ante exposuimus n. 42.

Nota etiam sibi contradicit Less. cum ait  
Deum certissime praescire ad quam actionem  
voluntas sit se determinatura, si concursum  
suum in eius potestate posuerit: et quod ta-  
lis praescientia est necessaria ad rationem  
perfectæ prouidentiæ, quæ postulat vt Deus,  
quaus hypothœ facta, praesciat quid sit  
eventuum. Neque enim propteræ necessaria  
est illa praescientia vt Deus prudenter  
decernat ab soluto decreto concurrendi aut  
non concurrendi, quemadmodum ille Re-  
cessor opinatur: sed est Deo necessaria ad  
decresum illud, quod supra diximus, ali-  
quod modo conditionatum: id est, ad pru-  
denter subiectandam, sive potius applican-  
dam habentem potentiam concurrendi  
voluntati creatæ, ad operationes quas pra-  
videtur. Se elicitura, si Deus velit coopera-  
ri. Itaque haec prima obiectio peccati in duobus.  
Primo, in eo quod quibusdam assertoribus scientie media imponit. Secundo,  
quia tanquam ei communum nobis opponit,  
quod aliqui ex illis aliter sentierint. Quid  
enim nobis id obesse potest, dummodo me-  
lius sentientes sequamur? Addo licet alio  
qui eorum decretum absolutum concurrendi admittent. (vt de Ruis & Raynaudo non  
difficilis) Iod non nisi fundatur in vñ  
scientie media, non inde sequeretur quod  
intendit Adversarius, cuersum isti scilicet

liberum arbitrium creatæ voluntati, per as-  
tecedentem necessitatem operandi illi im-  
positam independenter ab his conueni &  
operatione, vt ostendemus alibi disputando  
de prædefinitionibus actuum liberorum,  
tom. 2. disp. 8. sect. 7. Nos vero sicut præ-  
definitiones illas rejicimus, ita decretum ab-  
solutum concurrendi non admittimus, con-  
tendimusque sufficere conditionatum.

At, inquit, licet Authores, quibuscum  
ges nobis, cautijs sibi locuti videantur, ne-  
gandis huiusmodi decretem ab solutum: fa-  
cile tamen contradictionis & inconstaptia  
arguntur. Nam plerique eorum, dum ni-  
hil sibi ab isto decreto absoluimus Dei meum,  
neque villam inde consequentiam sibi con-  
trariam ab aduersariis esse trahendam cogi-  
rant, passim illud admirantur, vt auctores  
paulo ante nominati. Alij vero qui illud ne-  
gant, parum cohærenter, suis principijs phi-  
losophantur. Nam quomodo scientia cen-  
ditionata possit esse utilis ad prouide-  
diuina nobiscum operatione perfectionem, si  
non est utilis ad dirigendam diuinam volun-  
tatem, in formando ab soluto decreto con-  
currendi ac non concurrendi? Quorsum  
haec tenus assertores scientie media tam an-  
xiæ, tamque animi contentio ac diligen-  
tia scrutati sunt, quidnam illud est possit,  
ad quod Deus attendens cognoscat & de-  
cernat exhibendum sibi nunc esse concur-  
sum, & in certa specie & individuo concur-  
sus seu actionis, potius quam ante vel post,  
& potius quam in villa alia (specie vel in in-  
duo?) Quorsum alij ad ipsam determinatio-  
nem creatæ voluntatis, & alij ad alia re-  
currerunt, nisi vt voluntas diuina per pre-  
scientiam illam directa, & iam ad unum de-  
terminata, non in incepsum ac temere con-  
cursus suum iaculetur: sed potius in sco-  
pum infallibili certitudine præsumit certo  
& certi decreto collimet. Haec ille.

Quæ meo iudicio leuissima sunt ad con-  
tradictionem & inconstantiæ tam doctis  
viris, deque Theologia tam bene meritis im-  
pingendam tantum confidetiæ. Nam vt Theo-  
philum & Didacum Ruis contradictionis &  
inconstantiæ argueret, illiusque inconside-  
rantia, quam illis & plerisque alijs scientie  
media assertoribus tribuit: debet ostende-  
re ipsos alio loco negasse decretem illud,  
quod loci ab eo citatis admittunt. At hoc  
neque conatur facere, neque potest. Ve-  
stem eadem via iuste tribueret Suari, &  
Lessio, debet ostendere eos alicubi ad-  
misisti, virtualiter saltē & implicitè de-  
cretem illud ab solutum, quod alibi disertè  
negant locis ab eodem Authori & à nobis  
paulo ante citatis. At hoc dum facere co-  
natur, non asequitur intentum, vt ante  
ostendimus. Neq; sunt meliora qua nunc ad-  
dit, vt probet eos parum cohærenter philo-  
sophari negando decretem absolutum. Faci-  
le enim respondetur ad primum, Scientiam  
conditionatam esse utilem ad prouidentiæ  
diuina nobiscum operaturæ perfectionem:

Quia Deus dirigit ut videat, num conueniens sit potentiam suam habitualiter astrin gere voluntati ~~creatae~~, ad concurrendum in his & illis circumstantiis, in quibus praevide operaturam esse si ipse velit concurre re: & ut id non decerpatur ~~caco~~ modo. Item que ut in executione concurrat suo tempore, vi illius decreti conditionati, quo ab eterno statuit concurrere, cum voluntate creata tali tempore, si voleret, & quia voleret operari. Hec enim praescientia dirigit execu tionem.

38. Ad secundum, Dico obiectum illius scientiae mediae esse hanc ueritatem condic ionatam, quod voluntas creata sit in his circumstantiis operatura talem speciem actus, si Deus habitualiter suam potentiam ad concur rendum illi adjungat: & sit operatura hunc actum in individuo, si Deus ad hunc numero actum concursam suu concomitan tem direxerit. Cuius obiecti praescientia sufficit, ut Deus formeret decretu conditionatum, quale ante descripsimus, pendens in hunc specie & numero etiam ~~est~~ voluntas creata voluerit in tali specie operari. & si quod eius individuum posset.

39. Opponit secundum ibidem num. 3. Sicut prius ratione, immo & prius duratione, quam Deus produceret hunc mundum; venerunt ipsi in mentem omnes mundi possibles: ipse autem nusquam producisset istum ad extra, si potentia exequens applicata fuisset ad operandum per voluntatem duxerat in differ entem & disiunctiuam, *Volo creare hunc mundum, vel illum aliud*: sed oportuit eam applicari proxime per voluntatem determinatam & absolutam, *Volo creare mundum istum, & non aliud*: ita prius ratione & duratione, quam Deus producat mecum hunc actum amoris, apparerunt in conspectu Dei omnes actus liberi, possibles à me produci hoc instanti, cum Dei concursu: sed nullum unquam de facto produceret, si potentia illius exequens applicata solùm fuisset per voluntatem disiunctiuam & indiffe rentem, *Volo producere vel actum amoris, vel alium odij, vel aliquem alium*. Igitur necesse fuit illam applicari per voluntatem absolutam ac determinatam, *Volo producere hunc actum, si verum est actum amoris, quem produco, necessario identificari cum diuino concursu.*

40. Respondeo longè disparem esse rationem huius decreti, *Volo creare hunc mundum, vel illum aliud: & istius, quod non possumus, Volo producere vel actum amoris, vel actum odij, vel aliquem alium, ad quem creata voluntas se determinabit, & potentiam meam, ad concurrendum sibi adjun tam habitualiter, applicabit: & si velit istum operari, sicut praevideo esse voluntarum, modo non negem concursum, *volo ad illum concurrere*. Prius decretum nihil habet à quo determinatur, id est manet semper suspensum & inefficax. Secus autem secundum, Quare ut Deus concurredat ad actum*

amoris v. g. conditionate praevisum, non egat alia volitione absolu ta & determinata: sive actus amoris producendus identificetur necessariò cum diuino concursu, ut male Author iste supponit nos asserere, sive non.

Opponit tertio ibidem: impossibile est Deum manere suspensum, aut negatiū se habere circa aliquod obiectum: sed debet habere positivum decretum circa quodcunque obiectum, ut Theologi intentur communiter. Ergo quando aliquis actus possibilis à me produci, re ipsa tamen non producitur, Deus necessariò habet decre tuum positivum non concurrendi proxime ad illum actum, seu quod idem est non producendi illum. Ergo per illud decretum pos tientia exequens quasi retrahitur aut impeditur ab illo actu producendo, qui iam ex tunc determinatus est ad nichil essendum: & ridiculum apparet fingere, quod adhuc non obstante illo decreto non producendi aliquem actum, Deus per voluntatem indifferentem & disiunctiuam producendi vel illum vel alium actum, offerat & pote tus sit exhibere plures ac varios concursus identificatos: scilicet unum pro actu, qui uera futurus est, & alium pro eo quem ipse positivè statuit se non producturum & qui non est amplius indifferens ad aliquando esendum aut non esendum, sed positivo Dei decreto determinatus ad non esendum.

Respondeo. Transeat antecedens, de quo alibi disputauimus; ostendimusque non esse usquequa; verum: eosq; qui tam uiderunt saliter id assertur, fingere in Deo plurima de creta conditionata. Dico ad Consequen tiam decretum Dei positivum esse duplex: unum absolutum, alterum conditionatum: & circa actus liberos creata voluntatis qui non erunt nisi quia ipsa libere abstinebit ab illis eliciendis; Deum autem center ad illam omissionem habere tantummodo decreta positivum conditionatum, ut illi actus non sint, si creata libertas non habet eos operari. Non autem, ut ait ille Author, positivum decretum determinans actus illos ad non esendum. Illa enim determinatio relinquit dominio creatarum libertatis: Quod si exerceatur tuo tempore, necessarium est libertatem creatarum habere Deum paratum ad concurrendum aut non concurrendum, propter ipsa liberè voleret aut non voleret operari: vel etiam paratum ad concurrendum ad aliam speciem actus, si exercet libertatem non modo contradictionem, ut vocant, sed etiam contradictionis seu specificationis. Hoc qui ridiculum esse afferit, eruditorum lectorum risu se psum exponit.

Opponit quartò ibidem num. 4. Sicut admittunt omnes communiter, in Decr. ab solutam quandam voluntatem conferendi gloriā D. Petri, ortam ex præuisione finali & perseverantia D. Petri, & distinctam ratione seu virtualiter à voluntate cordi.

hata inefficiaci & antecedente saluandi omnes, in qua Petrus & Judas erant pares & aequales: ita etiam dari debet in Deo voluntas absoluta dandi mihi concursum ad actum quem nunc officio, legendi, exempli causam, distincta à voluntate conditionata, quam antecedente habebat concurrenti mecum vel ad affectionem, vel ad ambulationem, aut ad alios actus quos libere poteram eligere. Sicut enim illæ sua voluntates ratione distincte respectu D. Petri, pertinent ad perfectam rationem prædestinationis eiusdem D. Petri: ita duæ istæ voluntates respectu meæ lectionis, pertinent ad completam rationem prouidentiae generalis, cui subesse debent omnes tametsi libera & humana actione.

Deus non  
dabit du  
plex decre  
tum salua  
di electos.  
  
Respondeo primò, voluntatem illam abso-lutam dandi gloriam D. Petro, distinctam ratione in seipso, à voluntate antecedente conditionata dandi gloriam eidem si bene mediis salutis vteretur, non esse necessariam: sufficit enim quod ponatur conditio, ut vi-isti voluntatis detur gloria D. Petro, est que impossibile ut non deitur posita illa con-ditione. Dixi, distinctam ratione secundum se: quia non nego voluntatem illam conditionatam consideratam ut talem, & ut sus-pensam, abstractamque à prævisione condi-tionis ponendam, vel ab illa iam posita, dif-ferre penes connotata, à seipso spectata ut coniuncta cum eadem prævisione, & cum conditione iam posita in re, ac in prævisio-ne: ratione cuius dicitur transire in abso-lutam id est, nunc Deum non minus obligare, atque si ab initio absoluta fuisse: quia iam ponitur quidquid ad contrahendam obli-gationem perfectam necessarium erat: Tametsi propterea non varietur in seipso. Cumque dicunt, Theologi voluntatem illam, conditionatam tantum, & inefficacem ac suspensam antecedenter, id est, ante prævi-sionem operari, aut boni status finalis, fieri abso-lutam & efficacem consequenter, id est, post illam prævisionem, ac Deum iam velle absolute & efficaciter dare glo-riam D. Petro, aliquis quos videt mediis bene vistos: non intelligunt, saltem omnes, Deum habere nouissimum actum voluntatis di-stantum à priori circa idem obiectum: sed Deum iam habere id quod ex parte crea-tura requirebat, ut obligaretur visus prima voluntatis, ad gloriam ei conser-vandam: ac propter hoc tenui conferre illi gloriam.

Quod si Theologi explicantes ordinem iustitium rationis inter actus concur-rentes ad totum negotium prædestinationis, aiunt: Deum præcognitis seribus rerum possibilibus, elegisse istam, & in ea voluisse prouehere creaturas intellectuales ad glo-riam per aliæ media, deinde illis vte-rentur: deinde præuidisse quinam essent vul-ni, & eo præviso decreuisse absolute & effi-caciter saluare istos, & alios reiicere à la-ude: Hoc faciunt, non quod existimant esse

diversos actus voluntatis, intrinsecè & secundum se: sed ut facilius explicetur of-ficium prædestinationis per comparationem ad modum procedendi hominum, qui post voluntatem conditionatam, prævisa vel im-pleta cōditione solent elicere alium actum voluntatis absolutum & efficacem circa ob-iectum ante volitum sub conditione. Sed ille unus actus non est ponendum in Deo, quia est superfluus. Dico itaque Deum non habere duos actus voluntatis circa præ-destinatos: alterum conditionatum, inde-pendentem à finali statu prævisorio; & alterum absolutum, prævisorio statu: sed eo ipso quod finalis status bonus præuidetur absolutè futurus, voluntatem conditiona-tam transire in absolutam, modo explicato disp. 11. num. 50. & disp. 20. r. s. n. 11.

Respondeo secundò, differentiam esse in-ter voluntatem absolutam saluandi aliquem prævisorio bono gius statu finali, & voluntatem absolutam concurrenti cum causa secunda libera. Prior enim, qui, upponit actus li-beros absolutè futuros beneficentis, & prædestinati quia bene operatus est, non obest eius libertatem. Quia non ponit aliquid ante-ceden-tysum libertatis, quo posito voluntas non possit non operari: sed consequenter tantum se habet, æquè ac præscientia abso-luta futurorum contingentium quæ non la-diit libertatem, quia supponit & subsequitur actum liberum absolutè futurum. At vero decretum absolutum concurrenti, non præ-supposita saltem scientia conditionem, quam impugnat Aduersarius, præiudicaret libertati.

Quia non supponeret actum esse liberum futurum: sed esset aliquid antecedens omni-no illius futuritionem, & vnum voluntatis, tam conditionatæ, quam absolutæ futurum, quo antecedenter positio voluntas non posset non operari: adeoque non esset libera. Qua-re licet Deus haberet aliud decretum abso-lutum saluandi prædestinatos, ratione post voluntatem conditionatam eos saluandi si bene operentur: non sequeretur habere pa-riter decretum absolutum concurrenti, quale impugnat Aduersarius: & non posse-vnum assiri sine altero, coharenter loquen-do. Similiter est differentia inter volun-tatem conditionatam saluandi aliquem si be-ne operatur, & vitam beneficat: & inter volun-tatem conditionatam concurrenti cum libe-ritate creata si velit operari. Quia prior volunta-s est ut aliquo ponendo post condi-tionem impletam: estque de conditione quæ necessaria praire debet, ut voluntas transeat in absolutam. At vero posterior est de conditione tantum concomitante: nihil que aliud est, quam accommodatio quasi habitualis potentiae diuinae ad libertatem creatam, ut vtratur si volet, & cum volet. Ac quemadmodum quando dicitur voluntas operatura si velit, non significatur condi-tio prævia, quasi voluntas debeat prius velle, quam elicere actum quo libere vult: sed tantum significatur dominum volu-

tal is in actum suum, quem pro libito exercecta est dicitur Deum esse concursum si libertas creat a voluerit, non significatur aliud, quoniam talis accommodatio causa pri max cum secunda, ut in secunda potestate sit vti vel non vti Dei concursu, & dominari suo actu.

Opponit quinto: sequeretur Deum eodem modo se habere, quantum est ex parte voluntatis sua, cum omnibus hominibus, siue operentur siue non operentur. Cum enim sint omnes pares & aequales in illa priori voluntate conditionata & indifferente, sancte ut ex illa paritate & aequalitate fiat aliqua separatio inter eum qui operatur unum actum, & alium qui non operatur similem, sed oppositum, aliquid superuenire debet in illis hominibus, quo praeviso Deus statuat absolu to & efficaci decreto cum uno concurrere ad unum actum, & cum alio ad oppositum. Nam si nulli superuenierit, Deus eodem modo se habebit erga utrumque, quantum est ex parte voluntatis sua, & per consequens uterque eodem modo operabitur: quia non potest esse variatio in operatione, quin Dei voluntas aliter quoque se habeat circa unum, quoniam circa aliud.

Respondeo, Dico & non concesso, quod Deus eodem modo se habeat antecedenter, quantum est ex parte voluntatis sua, cum omnibus hominibus, siue operentur, siue non operentur, sicutque omnes pares & aequales in illa priori voluntate conditionata & indifferente: nego debere superuenire in illis hominibus aliquid praevium liberis ipsorum operationi, quo praeviso Deus statuat absolu to & efficaci decreto concurrere cum uno ad unum actum, & cum alio ad oppositum. Sufficit enim Deum per scientiam medianam praescire unum illorum elicitorum esse tales actum, si ipse suum concursum non negauerit, & alium esse elicitorum oppositum: & hoc praescito conditionaliter, Deus velle adiungere habitualiter utriusque voluntati suam potentiam ad concurrendum, quando & quomodo volent operari, positi in illis circumstantiis, in quibus praeveniuntur esse operantur, si Deus non defit officio causa prim a. Hoc enim posito ipsi met ponunt inter seipso in aequalitatem, seu differentiam, & operantur diversimodè quia volunt: faciuntque ut Dei voluntas antecedenter aequalis & indifferens circa utrumque, concomitantem se habeat ~~versimodo~~, & aliter cum uno, quoniam cum alio operatur.

Opponit sexto: Deus praesisa cooperatione voluntatis humanae, se habet positiuè erga illum actum, qui reuer a futurus est. Ergo vel in illo instanti rationis vult illum efficaciter & absolu te: & hoc est, quod intendimus. Vel vult illum inefficaciter & conditionate, sicut in primo instanti volebat, & non aliter: at hoc dici non potest, quia sicut ex illa priori voluntate sola nullus ef-

fetus poterat sequi immediatè: ita neque ex ista sequeretur. Nam & ipsi aduersari, expresse fatentur voluntatem inefficacem & conditionatam concurrendi, vt sic, & quamquam talis est, nihil ponere ad extra: quia scilicet per eam non decernitur certus concursus: & cum in illa voluntate antecedente & conditionata, Deus non tantum volebat unum actum, sed omnes qui possibiles erant ut per voluntatem creatam fierent, non collectuè sed diuisiuè, id est, unum ex illis, vel alium: ita etiam nunc adhuc veleret illos omnes. Et tamen certum est Deum nolle in hoc instanti nisi unum scilicet illum qui foderet futurus est. Adde quod sicut illa voluntas conditionem includebat: ita & hæc includeret eandem vel aliam: & sic unquam intelligere potest purificata & impleta conditio, quod est absurdum. Igitur diuersitas illa obiectorum sufficit, ut ratione distinguamus unam voluntatem ab alia: & priorem quidem vocemus inefficacem & conditionatam: posteriorem vero absolu tam & efficacem, præsumptum cum actus immanentes non possint modò extendi, modò restringi ad plura aut pauciora obiecta.

Respondeo Domini prævisa cooperatione voluntatis humanae, non aliter velle intrinsecè actum illum, quoniam in priori signo rationis volebat: sed tantum esse differentiam penes connaturum ex hiscum propriæ vñfionis, & obiecti ipsius, ex cuius suppositione voluntas illa consideratur iam ut cooperatura ad actum illum, ad quem Deus prævidet fore, ut ipsa se determinet, si non defit ei concursus, quem Deus statuit non denegare. Quamvis autem ex illa priori voluntate sola non possit sequi immediatè effectus, aut potius vultus concurrendi; sola, inquam, id est, non posita conditione cui adligatur: secus tamen si illa ponitur. Nam ut operetur, nihil aliud requiriatur: & si conditio ponitur, non potest non operari. Ac verum, quidem est voluntatem inefficacem & conditionatam concurrendi, ut sic præcisè sumptam, & quamdiu non purificatur conditio, non operari. Nam, ut Author iste imaginatur, quia per illam non decernitur certus concursus, ita non decernitur conditionate: ille ipse concursus qui suo tempore exhibetur: sed quia non ponitur conditio, quam voluntas illa requirit ut operetur. Requirit inquit, non ut aliquid prævium & prærequisitum, sed ut aliquis simultaneum, & concomitans, sicut exposuimus num. 43. Quia tamen Deus conditionatè tantum decernit concursum illum, qui re ipsa suo tempore exhibetur, permititque liberum dominio creature operari ut volget: falsum est Deum in instanti rationis post prævisam cooperationem voluntatis creatæ, nolle nisi unum actum, scilicet illum, qui reuer a futurus est: ita vel non, neque paratus fit concurrendi ad alium, si voluntas creata velleret aliter operari. Nam donec voluntas se libere determinet, habet potentiam Dei habitualiter sibi adiunctam;

67.

Quinta  
inductio.

68.

69.

Sexta  
inductio.

vi decrep diuini conditionati, ad concurredum ad hunc aut illum actum, putà ad amorem vel odium, prout ipsa voluerit. Neque ex hoc sequitur voluntatem illam semper manere suspensam, & nunquam purificari & impleri conditionem, ut male obiectit aduersarius. Purificatur enim & impletur, quando voluntas creata se determinat ad hunc aut illum actum. Cumque decretum illud diuinum conditionatum habeat idem objectum, siue copditio impleatur siue non, nempe concurrendi cum voluntate creata ad talen actum, si velit illum elicere; vel ad alium; si velit ad alium determinare: non est quod propter diuerstatum objectorum concipimus Deum habere duo decretationes distinctas: unum conditionatum, ante præmissionem determinationis voluntatis creatæ; & alterum absolutum, posita præmissione.

## SECTIO VII.

*Refutantur eiusdem Authoris obiectiones;*  
effigie.

**R**eiqua quædem Author addit in fine eiusdem capituli duodecimi, manent ex dictis soluta. Capite vero decimo tertio impingnat id quod breuiter supra respondimus & fuisse exponunt Lessos & Suar. ab Authori illius relati: idelicet, hoc ipso quod voluntas diuina decrevit ut creata voluntas habeat concursus omnes paratos in actu primo ad singulas operationes, ut si ipsa loc momento se ad hanc operationem determinet, habeat hunc concursum: si ad illum ipsum: si ad alijs, alijs: & sic de ceteris, eo ipso, inquam, potentiam Dei ex vi huius decreti, conditionem manere applicatam & determinatam, veluti causam naturalim, ad quemvis illorum concursuum datum, quemquais operatione requirit, si causa creata ad illum determinauerit: arque ita causam cretam liberam habent in sua potestate quamlibet illarum operationum, & quamlibet illorum concursuum, qui singulis operationibus efficitur ex hypothesi: sicut habens ipsa conditionem est voluntati ut induxit eius & concursus sit in potestate voluntatis. Deus enim eodem modo se accommodat & coniungit voluntati creata vi illis decreti conditionati. Ex quo sequitur non oportere ut causa creata prius aliquid agat, quo Deum excitet ad concurredum: quia ipsa satis determinatus est. Ut alii exemplis declarari potest. Hoc enim ipso quod potentia intellectua producit intellectu operationem, simul natura concurrit species intelligibilis: etamen intellectus nihil circa illam speciem agit. Hoc ipsis quod voluntas cum habitu charitatis producit actum supernaturalem dilectionis; vel intellectus cum habitu fidei, actum fidei: eo ipso simul

influent habitus supernaturales charitatis & fidei. Simili modo cogitandum est diuinam potentiam veluti habitum quendam omnibus rebus intime insidente & connexum, simil in omni operatione, creaturarum cooperari. Et sicut causa universalis, v.g. sole, a causa particulari determinatur ad producendum lumen, potius quam rotam, absque eo quod causa particularis aliquid præsum operetur in sole, quo ipsum determinet vel excitet ad concurredum ad lumen, potius quam ad rotam: ita nec causa secunda producit aliquid præsum, quo Deum excitet aut determinet ad concurredum potius tali concursu, quam alio. Et sicut unus homo potest alteri offerre auxilium suum indifferenter ad quodcumque opus voluerit, quo posito, manet generali quodam modo expositus ad iuuandum alterum: ita Deus ex vi decreti illius conditionati manet generali quodam modo expositus, & paratus ad praefundum nobis concursum illum quem nostra operatio requirit. Et sicut dum quis alteri rem aliquam sub conditione donat, eo ipso que impletur conditio, res sit alterius: non modo absque novo actu voluntatis donantis, sed etiam abique eo quod donans conditionis impletionem aduerteret: ita concursus Dei determinatur à voluntate creata, absque eo quod ad id requiratur aliud decretum absolutum, aut alia cognitione vel præscientia Dei, prater scientiam medium, quæ nouit voluntatem esse taliter operaturam si ipse velit cum illa concurrens.

Contra hoc, inquam, obiectis primò, præter voluntatem disiunctiūm concurredūtis aut aliter, requiri cognitionem qua Deus dirigatur ad decernendum absolute concurredūtis uno modo potius, quam opposito. Secundò, sicut potentia nostra progressiva non esset sufficiens: applicata à voluntate nostra ad ambulandum, per volitionem indifferentem & disiunctiūm ambulandi ad dextram vel ad sinistram: fed oportet eam, priusquam ambulet, applicari per voluntatem determinatam deambulandi ad dextram: ita Dei potentiam non posse sufficienter applicari per voluntatem Dei disiunctiūm, sed oportere omnino ponere voluntatem absolutam & determinatam concurredūtis aliquo certo & determinato concursu. Tertio, diuinam omnipotentiam, prout ratione distinguitur à voluntate Dei, non esse formaliter liberam, sed debere applicari ad operandum per decretum & scientiam Dei practicam. Non potest autem applicari proxime per voluntatem disiunctiūm ad operandum aliquem actum singularem & determinatum: quia voluntas illa nihil aliud imperat aut decernit, nisi disiunctiūm amorem vel odium: & nunquam determinat amorem, nec determinat odium:

Ad primum, Respondeo requiri quidem scientiam medium, quæ Deus nouit quomodo voluntas sit operaria in talibus circum-